



Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

61. Ut nullus Presbyter alterius parroechianum ad Missam recipiat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

De linteis altarium præparandis.
Ex Capitularibus.

Lib. 1. Capi-
tular. c. 152. Presbyteri per parrœchias suas feminis
prædicent ut linteamina in altaria præparent.

Ut nullus Presbyter alterius parrœchianum
ad Missam recipiat. *Ex Concilio
Nannetensi cccc xviii.*

Concil. Nan-
net c. 1.
Burchard. lib.
z. c. 92. LXI. Ut dominicis vel festis diebus Pres-
byteri , antequam Missas celebrent , plebem
interrogent si alterius parrœchianus in Eccle-
sia sit , qui proprio contempto Presbytero ibi
Missam velit audire ; quem si invenerint , sta-
tim ab Ecclesia eiciant , & ad suam parrœ-
chiam redire compellant. Similiter interro-
gent si aliqui discordantes sint , qui inter se li-
tem implacabilem habeant. Et si inventi fue-
rint , statim reconcilientur. Quod si noluerint
pacem suscipere , ab Ecclesia eiciantur usque
quod ad caritatem redeant. Non enim possu-
mus munus vel oblationem ad altare offerre
donec prius fratri reconciliemur. His ita per-
actis , sacerdotes Missarum sollemnia rite per-
agant.

Item ex eodem Concilio. *Ex Capitularibus.*

Concil. Nan-
net. c. 2.
Lib. 1. Capi-
tular. c. 153.
Burchard. lib.
z. c. 91. Ut nullus Presbyter alterius parrœchia-
num , nisi in itinere fuerit , vel placitum ibi ha-
buerit , ad Missam recipiat.

De oblationibus fidelium ad altare.

L X I I . Si aliquid fideles ad altare offerunt,
a ministro receptum post altare ponatur.